



Vni Amplissime ac consultissime,

Quemadmodum ex D. Spanhemio alijsq; collegis meis charissi-
 mis antea inter duo Reip. nostrae literariae praecipua lumina ac co-
 lumina T. A. probe nota mutuum sincerissimum mutui silentij promissio-
 sione sancitum esse summo cum gaudio intellexeram, sic postea ex
 eorundem relate cum magno animi mei dolore cognovi ^{quendam}
 quendam Theologum ac pastorem Gallicum D. de Croÿ scriptum
 suum acerbis ^{acerbis} ^{animadversionibus} in annotationes D.
 Itemq; in N. T. ^{valde tinctum} ^{nuptum}, cuiusdam Typographi ^{Genevensis} tradidisse imprimendas,
 Veremur ne illarum conspirarum hinc sopitarum, renovatione inter duo
 illa civitatis nostrae ornamenta nova lit jam bene dirempta exoria-
 tur. De varijs ^{quod} ^{quibus} quibus hinc malo occurri possit cogitantes,
 nullum aptius, efficaciusq; invenire potuimus, quam illud quod ab ali-
 quo collega nostro T. A. per literas declaratum esse audivimus. Illud
 pro singulari tua pietate ac prudentia, non solum te approbatum, ve-
 rum etiam procuratum speramus. Nec dubitandum est, qui ea in re
 officium caritatis Domino nostro Iesu Christo gratissimum sis prae-
 staturus, qui pacificos dei filios nominat eosq; beatos esse asseverat.
 Modum illud praestandi tuae industriae ac prudentiae committimus,
 Deumq; Opt. Max. precamur ut te diu incolumem conservet ad nominis
 sui gloriam ac Reip. nostrae bonum salutare. Datum Leidae 9. Julij
 1644.

T. A. addidissimus

J. Polyander a Kerckhoven.

Moh. Amplissimo confabulati.
moy. vno D. Constantino
Hugonio Duc de Zuythgen
Celsissimo Dominipri Aurasso
a confidys & Secretis.

In casibus.